LESSUS ACERBUS
quo
VIRI
Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi atque
Amplissimi
DOMINI
MICHAELIS WILLERI
Praecons & Praesidis Civitatis Patriae Gravissimi
AVUNCULI SUI AMANTISSIMI
funus acerbum
die XXVII. Dec. cIↄIↄcCXXII.
Splendide in Aede Mariana factum
prosequi
voluit debuit

H. E. R. Gym. Pat. Civ.

THORUNI,
Typis Ioh. Nicolai, Nobiss. SENAT. & Gymn. Typog.

O columen nostri generis Willere perample,
Quæ te destruxit sæva procella necis?
Quanta ruina ratem nostram convellit? ut ægris
Hoc misero casu stet labefacta modis,

Qui mihi benignus colebaris Avunculus olim
Alter eras rebus consiliisque Parens;
Quam stupeo, mecum pendens hæc tristia solus,
Cor dolio linguam præpediente meam

Me miserum! Nam quas potius nunc pectore voces
Fundam, supremum Patrem abiisse, diem
WILLERUM; tenus hac fuerat qui pars mihi cordis
Dulce decus vitæ, præsidiumque meæ.

Heu

Heu mihi! quam vario fori omnia turbine versat?
Rebus in humanis, quot fabricat que dolos?
Qui modo laetitiae dederat certissima signa
Defunctus cumulos tristitiae ille parit.

Siccine in his terris pedibus stant cuncta dolosis?
Sic nihil est firmi; lubrica cuncta ruunt.
Sic ego dejicior miser heu! de culmine sortis
Optatae; & placidae decido rupe spei;

Ut multis cogar lacrymis hoc plangere funus
Dum multa infelix anxietate premor.
Haec facit ut digne nec possim justa referre
Dum lugeo magni funera magna Viri.

Plandunt quem doctae mecum plorantque Camaenae
Tutoremque suum in te cecidisse dolent.
Namque Tuum fuerat nomen munusque Scholarchae
Praeclarum Musis egregiisque viris.

Et querulis auras onerat tua curia tristes;
Vocibus ut magnum defleat illa virum
Quia eat in lachrymas omnis Thorunia tristes,
Willerum propere quando obiisse videt

Et

Et siccis nequeunt oculis dimittere cives,
Quod modo praesidium firmius urbis erat
Praefuit huic spartae bis noster prae-que fuisset
Porronecis nisi falx invida restiterit.

Hinc doleo merito, meritoque Thorunia luget,
Maestaque tristificis fletibus ora rigent.
Insimul & cuncti toto de corde praecamur
Cunctis ut damnum sarciat ipse
DEUS.